partibus alterius praemissa tenentibus vel illius posteriorum ad officium prae-
sens castrense capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quoad respon-
dendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam perem-
ptorio stare iuri parere militare dada contracta luere in scriptioni huic et sta-
tibus facere ac omne iudicatum pati debebunt ac tenebuntur Seque ac suos suc-
cessores ad eadem omnia obligat cunctaque terminum primum peremptorium
et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios
vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra
Regnum servitio militari ad munimenta ad luictorem vel aliis quibusvis
dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra
proximos terminos officii praefati castrensis Premisliensis dilationem sibi non
recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac prae-
missa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensioni-
bus fatalibus iuris processione Terrarum vello conventionesque et aliis omnibus
iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione
ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Præmisliensi Feria Quarta post Festum Sancti Mathiæ Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo primo.

26/II 1631

Zerlecki Fratri suo Cedit

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus castrensibus capitanealibus Pre-
misliensibus Nobilis Alexander Zerleczki Olechnowicz sanus men-
te et corpore existens a Terris districtibus iuribusque iurisdictionibus que
suis quibusvis propriis et competentibus recedens se vero cum succes-
soribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incor-
porando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit
Quia ipse de omni et integro iure suo vigore de inscriptione castrensi
F huic iuris ditioni castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet F
Capit.

Capitaneali et per transportationem Terrestri Premisliensi originali obligatoria
per Nobilem Annam de Zurze olim Nobilis Alexandri Zerleczki Olechno-
wicz consortem relictam bonorum morte ipsius derelictorum Dominam
reformatoriam et advitalitiatem sibi recognoscenti et Nobili Michaeli Zerle-
czki fratri recognoscentis germano super summam quadringentorum florenorum
polonicalium factis et super bonis ipsius eisdem subiectis villae agris
pratis campis sylvis et rubetis ad sortem Romanowska dictam spe-
ctantibus in villa Zerlo Terrae et Districtus Premisliensis sitis eis quas di-
visione praedicta olim marito ipsius cum fratribus eius confectis in eaque
sorte Romanowsko dicta cessissent subditis in eaque sorte locatis
tum et conseminatione hyemali anni praesentis exceptis quos subditos liberos
ab eaque inscriptione obligatoria essecuratis latius de praemissis in se obloquentis
De qua quidem summa et inscriptione eadem obligatoria sibi recognoscenti per praefatam
Nobilem Michaelem Zerleczki fratrem suum germanum ad ipsius interesse
pertinentis actis Terrestribus Premisliensibus cessit et transfudit Necnon de sum-
ma praefata ad ipsius fratris sui interesse pertinente et sibi recognoscenti antea ces-
sa ac bonis praefatis pro parte eius antea ferme eius eadem summa oneratis
parataque eorundem bonorum antea ad ipsius fratris sui interesse seniciis
intromissione et possessione per se hactenus pacifice continuatis cum
omni praemissorum iure Dominio et proprietate cumque omnibus et sin-
gulis earundem inscriptionis tam originalis ad interesse tantum eiusque
Nobilis Michaelis Zerleczki fratris sui antea spectantis obligatoriae quam
cessionariae conditionibus punctis clausulis articulis vadiis liga-
mentisque et nexibus. Summis praefatis et bonorum summa eadem ex inscri-
ptione obligatoria oneratis utilitatibus fructibus proventibus redditi-
bus emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis quibusvis universis
nihil ex praemissis iuris Dominii et proprietatis aut cuiuscunque
competentiae et praerogativae pro se suisque successoribus aut aliis quopiam
reservatis sed prout praemissa omnia ipsemet recognoscens tenuit habuit
et possidebat ipsumque concernebant ac eidem serviebant. Iam

exnunc et de facto praefato Nobili Michaeli Zerleczki Olechnowicz
fratri suo germano et ipsius successoribus (accepta ab ipso pro praemissis om-
nibus plenaria et sufficienti satisfactione) cedit et condescendit omneque
et integrum ius suum praemissorum omnium in personam eiusdem cessionarii sui
et illiusque posterorum totaliter et plenarie transfudit transtulit et incorporavit
prout praesentibus transfundit et incorporat perpetuo. Etiam ex nunc idem
regnans Nobilis Alexander Zerleczki Olechnowicz suprascriptus Nobili
Michaeli Zerlecki cessionario suo et ipsius posteris coram officio praesenti
in hoc idem ius cessum summam et bona praesentibus abscessa dat et
admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per ministerialem
quemcunque et Nobiles duos ipsi nunc ab officio praesenti addendos vel quandocunque
voluerit officiose accipiendos. Per ipsum cessionarium suum et ipsius posteros
hocque ius cessum summam et bona praesentibus abscessa cum universis
beneficiis et praerogativis tenendi habendi possidendi illisque pacifice
et quiete utifruendi ac ad usus suos suorumque successorum quosvis
beneplacitis libere et effectualiter convertendi temporibus perpetuis. Quod
vigore praefati iuris originalis sibi regnanti ad praemissa omnia servien-
tis ea omnia latius in se complectentis et praesentis inscriptionis cessionariae
et condescensionis. Nihilominus memoratus regnans Nobilis Alexander
Zerleczki Olechnowicz suprascriptus Nobili Michaeli Zerleczki Olechno-
wicz cessionario suo ac illius successoribus dat et concedit ple-
nariam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem prae-
sentem cessionariam ex his Actis Castrensibus authentice deprom-
ptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit
transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit ac si
per ipsummet recognoscentem transportata foret. Salva nihilomi-
nus eadem inscriptione originali quantum pro interesse sui regnantis
spectat cum omnibus illius conditionibus vadiis ligamentisque tunc sibi in
plenum vigore reservatis. Hac vero praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in.

Actum in Castro Premisliensi Fe-
ria Quinta post Festum Sancti Ma-
thiae Apostoli proxima Anno Domi-
ni Millesimo Sexcentesimo Trige-
simo Primo.

27/II 1631

Skoruta Skorucie Cedit.

Comparens personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal.
Premisliensibus Generosus Georgius Skoruta de Mlodzatycze sanus men-
te et corpore existens a iuris districtibus iuribus iurisdictionibus suis
ac quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castren-
si Premisliensi quoad actum praesentem attinet secum successoribusque bonisque
suis gratis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit. Qui ipse de omni
et integro iure suo vigore inscriptionis Castrensis Capitaneal. Premisliensis sibi regnanti
per Generosum Albertum Dzierski super summam Trecentorum florenorum
pecuniae polonicalis modo simplicis debiti facta et recognita tum et de
summa ipsa principali in eaque inscriptione specificata. Necnon et de intercisa
certa inter se regnantem ab una et praefatum Dzierski ex altera partibus
de actu et data in oppido Lancuth die decima octava mensis Martii
anno proxime elapso ratione certarum rerum et conditionum ibidem contentarum con-
fecta manibus sui regnantis et praefati Dzierski atque Generosi Maximiliani
Garzyna Iudicis Terrestris Sochaczoviensis subscripta. Quod Trecento-
rum florenorum polonicalium firmata et Actis praesentibus roborata tum et
de eadem inscriptione eius roboratoria. Atque de causa et actione ratione non
solutionis summae praefatae simplicis debiti. Necnon et ad praefatam in-
tercisam conditionesque eius ac ipsius inscriptionem roboratoriam ad officium prae-
sens Castrense Premisliense intentatis et intentandis item lucris plurimis
totisque processibus eo nomine super praefatum Dzierski per se
recognoscentem obtentis in quavis puncto et gradu iuris dependentibus
cum omni praemissorum iure Dominio et proprietate cumque omnibus